

# COMMENTATIONES

SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARVM

GOTTINGENSIS  
RECENTIORES

VOLVMEN II.

AD A. MDCCCXI — XIII.



CVM FIGVRIS.

---

GOTTINGAE  
APVD HENRICVM DIETERICH  
MDCCCXIII.

## P R A E F A T I O.

**Q**uae Societatis Regiae Scientiarum bienni spatio et quod excurrit inde a vulgato priore volumine *Commentationum recentiorum* fata, curae et casus fuerint, in fronte secundi qui nunc prodit Tomi, breuiter exponenda sunt.

Atque cum anni MDCCCXI, qui sexagesimus inde a primordiis huius sodalitii est, fastos adhuc a HEYNIO, viro summo et vt de omni vniuersitate nostra literaria, ita in primis de instauranda Societate Scientiarum et de cursu eius per integros XLII annos constanter et feliciter tenendo impense merito, vltimo cui interfuit anniuersario confessu istius anni relatos accepimus, eos ex ipsis eius schedis chirographis religiose inserimus.

\* \* \*

*Sexagesima* sunt Societatis nostrae anniuersaria, quae hodie celebramus; enarranda ergo in his sollennibus ea, quae in Annalibus Societatis inter res, acta et euenta huius anni referenda erunt, initio ab iis facto, quae nouissimis mensibus superioris anni inde a Nouembri mense inciderunt.

Ex Sodalibus *classis physicae* Directoris vices annuas suscepserat Senior classis Aug: Gottl Richter: cui hoc ipso autumno successit e classe mathematica Io. Tobias Mayer.

Cum superiore anno multis Sodalium omnium ordinum mortibus essemus contristati: hoc vtique anno, qui nunc in cursu est, pauca ab exteris oris funera sunt nuntiata: in his *Nevil Maskelyne*, Astronomus Grenouicensis, Sodalis. *Beek Calkoen* Prof. Mathes. Acad. Ultrag. et nuper *Petrus Simon Pallas* nominis celebritate et meritis de historia naturali conspicuus. Verum afflixerat nos iam sub anni auspicia 3. Februarii die mors Collegae et Sodalis *Io. Beckmanni*, cuius memoriam in Confessu nostro luctu et desiderio sumus prosequuti, d. 16. Febr.

Altera ex parte Sodalitium nostrum incrementa memorabilia habuit: primo quidem recepto inter Sodales ordinarios *Classis historicae*, et inter Prof. P. O. ordinis philos. *Carolo de Villers*; altero adscripto *Classi physicae*, *Io. Frid. Ludovico Hausmann*, Prof. P. O. ordinis philos. vtroque iam ante inter exteris Societati nostrae adscriptos relato, altero a. 1800 et inter Sodales recepto 1808, altero a. 1804.

Cum noua *Classis antiquarum litterarum et artium* constituta esset: primo loco erat videndum, vt adscriberentur in eam Sodales et qui cum Sodalitio consociati essent. Itaque vindicauit sibi classis inter sodales exteris Virum doctum iam antea Societati adscriptum, *Frid. Münter* Episcopum Seelandiae Equitem Ord. Danebrog, et Ordinum equestrium Regis Daniae Episcopum.

Cooptati vero sunt inter amicos et familiares:

Ex popularibus nostris

*Frid. Jacobs*, Duci Saxo Gothano a praefectura bibliothecae et numophylacii.

Caro-

*Carolus Morgenstern* Imp. Russ. a Consil. aul. Professor Eloqu. et poetices in Vniuers. Dorpatiensi et Bibliothecarius.

Ex terris exteris adscripti sunt ei Classi

*Ioseph. de Hammer*, Imp. Austriae a secretis litteris aulicis, interpres orientalium litterarum aulicus.

Eius Collega doctiss. *de Dombay* morte acerba praeuerterat desideria nostra eum in consortium nostrum adsciscendi.

*Daniel Wyttenbach*, Prof. Acad. Leidensis.

*Henr. Guilielmus Tydemann*, Professor Academiae Franekeranae.

Adiunctus ei erat suffragiis Sodalium *Hieronymus de Bosch*, de cuius tamen morte paullo post nuntiatum est.

Tandem ex Russia in Classe antiquarum litterarum adoptatus est Perill. *d'Ouwaroff*, Imp. Russiarum ministeriis cubiculi ex ordine nobilium, nouae academie litterarum Asiaticarum instituendae auctor et interpres disertissimus.

Praeter hos in *Confessu verno* M. Maio a Sodalitio inter adscriptos ad litterarum commercia relati sunt:

*Paschalis Houzelot*, M. D. Chirurgus primarius hospitiorum ciuilium vrbis Meldorum in Francia (*Meaux*).

*Io. Bapt. Parroisse*, Chirurgus regis Neapolit.

*Io. Chph. Henr. Roloff*, M. D. et Physicus prouinciae Magdeburgensis.

Porro eodem M. Maio inter Socios in exteris terris, adoptati sunt:

*Io. Nic. B. de Corvisart*, inter medicos ordinarios Imperatoris Francorum et Regis Italiae primarius, idem e praefectis legionis honoratorum.

Cumque eo Perill. *de Diroff*, Imp. Russ. a consiliis administrandarum rerum imperii, in primis saltuum Russiae.

Et

Et haec quidem superiore anno et huius anni, quem viuimus, priore semestri fuere acta; nupero autem confessu Sodalium sub Nouembris initia cum iterum de optione Sodalium agere coeptum esset: plura in deliberationem fuere adducta: tum priore loco hoc, cum monitum esset, Sodalitium nostrum in ingentem numerum increuisse, ita ut videatur, certum numerum adscriptorum Sodalitio esse constitendum: redditum est ad id, quod iam olim in Sociorum exterorum numero normae loco placuerat, ut omnino, nisi grauissimae caussae aliud suaderent, nullam amplius optio proponi possit nec Sodalium nec Amicorum et familiarium nisi in locum aliorum, qui per annum elapsum fato subducti essent. Iussa est lex et rata habita, in posterum; in praesenti tamen dilectu facto cooptare placuit nomina illustria et spectata.

Primo quidem loco in Sodalium honoratorum numerum Archimandritem Russiarum *Ambrosium*, Sanctae Russiae Synodi primarium Socium consultissimum ac dignissimum, Metropolitam Nouogrodiensem, Petropolitanum, Esthoniensem, Finnoniensem, Ordinum S. Apostoli Andreae, S. Alexandri Kieuensis, S. Wladimiri, S. Annae, S. Ioannis Hierosolymitani, magnae Crucis Equitem honoratissimum, Virum amplissimum, et maxime insignem, de litteris plurimum meritum.

Porro Classi litteraturae antiquae adscripti sunt inter Sodales exteriores viri grauissimi:

*Io. Frid. Henr. L. B. de Dalberg*, Consiliorum Treuren sis, Spirensis et Wormatiensis episcopalium Collega, et *Phil. Albertus de Stapfer* ad Helvetici foederis negotia curanda Parisios missus: antea Professor Academiae Bernensis, tum Curator cultus religiosi publici et scientiarum studii.

Adscripti sunt ad litterarum de rebus eruditis commercia viri docti iam superiore anno suffragatione Sodalium destinati optioni:

a Classe physica *Io. Henr. Kopp* D. Med. et Chirurg. Medicus et Professor Hanouiensis.

*Car. Ferdinandus Gräfe*, M. D. iam Prof. Berolinensis.

a Classe mathematica *Car. Guil. Gustav. Kastner* Prof. philos. antea Heidelbergensis nunc Halensis

et *Ge. Gottlieb Schmidt*, Prof. mathes. et physices in Academia Giessensi.

a Classe historica *Io. Bapt. Benj. Roquefort* academiae Celticae aliisque iam adscriptus.

a Classe litterarum et artium antiquarum *Stellio Doria Prossalendi* Academiae Ionicae in Corcyra Sodalis et a litteris eius secretis.

*Io. Champollion Figeac*, apud Gratianopolitanos Professor graecarum litterarum, Facultati litterarum eiusdem académiae (v. G. Gel. Anz. 1811. p. 682) et Societati scientiarum et Artium a litteris secretis.

Expositis iam iis quae ad Sodalitii constitutionem spectare visa sunt, sunt enumerandae commentationes, quae hoc anno recitatae sunt, iam prelo traditae et expressae:

M. Februario: *Laur. de Crell* de Carbonico in plantis vegetabilibus (vol. I.) G. G. Anz. 1811. p. 329. 393.

Eod. mense: *Chr. G. Heyne* Elogium Beckmanni (vol. I.) G. G. Anz. 1811. p. 329.

M. Maio: *Frid. Stromeyer* de terrae siliceae reductione carbonis et ferri ope facta (vol. I.) G. G. Anz. 1811. p. 881.

M. Julio: *Io. Godfr. Eichhorn* de Iudeorum re scenica (vol. II.) G. G. Anz. 1811. p. 1121.

M. Nouembr. *Chr. G. Heyne* de Alexandriae et Aegypti rebus sub Imperatt. Romanis (vol. II.) G. G. Anz. 1811. p. 1849. 1857.

Cum summa laudis et utilitatis Societatis nostrae proveniat ex *Commentationibus* ab ea euulgatis, quippe quibus inuitatus quisque suorum studiorum in sua quisque disciplina et scientia, quam amplificandam et ornandam susceperebat et se suscepisse profitetur, fructus nullo cum impendo, in lucem edere potest, dum ipso Sodalium exemplo incenditur studium cuiusque et laudis publicae cupido, et de litteris popularibusque bene merendi ardore inflammatur, quis non intelligat, primarium hoc esse munerum et officiorum nostrorum, si ipsa re, non solum nomine Sodalitii commendati esse volumus.

Sed mihi progrediendum iam est ad Quaestiones a Societate propositas; quae cum duplicis generis sint, altera primaria, altera oeconomica vulgo dicta; hoc est, quae proponi possunt et solent ex ambitu omnium disciplinarum, quae ad vitam publicam priuatamque perficiendam et moderandam, vel a molestiis et malis liberandam, aut nouis commodis, iucunditatibus, prosperitatis incrementis locupletandam utiles aut idoneae esse possunt.

Quaestiones in Nouemb. 1811 erant propositae hae:

*Primaria quidem a Classe physica*

*Expetebatur penitior partium virinam humanam constituentium cognitio \*).*

Nulla tamen oblata est Societati scriptio, quae rem subtiliore studio et observationis industria dignissimam exquireret.

Quaestio oeconomi argumenti erat:

*Wie können die Brauereyen in Niedersachsen dergestalt verbessert werden, dass die Biere den Englischen gleicher werden?*

*Quibus*

*\*) v. Praef. vol. I. *Commentation. recentior.* pag. XVI.*

*Quibus modis officinae cereuiae coquendae in Saxonia inferiore ita possunt constitui, vt cereuiae in iis parata accedat proprius ad Britannorum cereuiae praefrantiam.*

Vnica saltem statuto tempore oblata est Societati commentatio, verbis inscripta: *nur die Wahrheit ist einfach, quae tamen votis sodalitii haud ita respondit, vt praemio eam ornare posset* \*).

### Hactenus desideratissimus HEYNE.

Iam ad Acta MDCCCLXII. prout in anniuersario istius anni confessu qui LXI<sup>mus</sup> sodalitii nostri fuit, commemorata sunt, subiunctis iis, quae ab eo inde tempore ad nuperas vsque autumnales ferias quibus directoris vices ex ordine alternant, Societati contigerunt.

Atque hae ipsae anni directorii vices a classe *mathematica* translatae sunt autumno 1812 ad *historicam*, nuperque ab hac transferunt ad *philologicam*, adeoque muniis eius functus est primo in illa *Io. Tob. Mayer*, tum in ista *Thom. Chr. Tychsen*, et nunc inde ab autumnalibus feriis huius, quem nunc agimus, anni in hac classe *Fr. Bouterwek*.

Post decepsum sodalis desideratissimi et senioris, qui ultra octona lustra Societati a secretis et director nouorum litteriorum fuerat, quae sub auspiciis sodalitii nostri prodeunt, iam a summo quod studiis praeest regimine, huius nouorum librorum recensus directorium collatum est *Io. Godofr. Eichhorn*; Secretarii vero quod dixi officium ita diuisum, vt ad *Blumenbachium* tum ea delata sint, quae exceptis nouis litterariis ad vniuersae societatis negotia curanda attinent, tum vero

\*) v. Iudicium Societatis in *Gel. Anz.* 1811. pag. 1853.

vero et ea quae classibus physicae et mathematicae specialiter competunt; ad *Eichbornum* vero quae ad reliquas binas classes, historicam inquam et philologicam spectant.

Vulnera sodalitio nostro inficta decessibus *Heynii* et *Richteri* memoriae tantorum virorum d. 24. Oct. a. pr. funebri confessu et sollenni panegyri celebratae, huicque ipsi volumini insertae testantur.

Exterorum autem sodalium numero subducta sunt nomina

*Io. Frid. Hugonis LB. de Dalberg*, consiliorum Treuiriensis, Spirensis et Wormatiensis episcopalium collegae.

*G. Sim. Klügel* Professoris mathezeos Halensis iam inde ab a. 1765 Societati nostrae adscripti.

*Lud. Comitis Lagrange*, sodalis Instituti Francici, Senatoris.

*Rich. Hurd*, Episcopi Worcestriae.

Ex amicorum vero et familiarium numero rebus humanis ereptum accepimus *Lud. Chr. Lichtenberg*, Duci Saxo-Gothano a consiliis legationum secretioribus et a litterarum publicarum custodia.

Sodales inter exterros in nostrum numerum allecti sunt inde ab anniuersario die 1811.

*Baro de Pommereul*, Dux exercitus, a consiliis status imperii, director supremus rei librariae et typographicae imperii Franciae.

*De Allix*, cateruae legionariae legatus, Praefectus et Director supremus rei tormentariae et mechanicae militaris.

*Norvins de Montbreton* politiae vrbis Romae principe loco director.

*I. Andrès Regi* vtriusque Siciliae bibliothecae conservator.

*Io.*

*Io. Alb. Henr. Reimarus M. D. et Prof. apud Hamburgenses.*

In amicorum vero et familiarium Societatis numerum recepti.

*Frid. Car. Baro de Strombeck* tum praeses tribunalis appellationum Cellensis.

*Iul. de Klaproth* Russiarum Imperatori ab aulae consiliis.

*Beni. Conſt. de Rebecque* Geneuenſis vir clariss.

Recitatae fuit a sodalibus in concessibus Societatis inde a M. Nov. a. 1811. sequentes commentationes, praeter eas quae supra commemoratae sunt, ipso hocce volumine euulgatae.

A. MDCCCXI.

M. Decembri: *Fr. Bouterwek* de primis philosophorum graecorum decretis physicis. *G. G. Anz.* 1812. p. 97.

A. MDCCCXII.

M. Ianuario: *Tho. Chr. Tychsen* de numis veterum Persarum Comm. III. *G. G. Anz.* p. 137.

Eodem mense: *F. Sartorius* de occupatione et diuisione agrorum Romanorum per barbaros Germaniae stirpis inde a Sec. V<sup>to</sup> p. Chr. n. facta. *G. G. Anz.* p. 257.

M. Februario: *Car. Frid. Gauss* disquisitiones generales circa seriem infinitam etc. P. I. *G. G. Anz.* p. 233.

M. Iulio: *Io. Frid. Blumenbach* de anomalis et vitiosis quibusdam nisus formatiui aberrationibus. *G. G. Anz.* p. 1289.

M. Octobri: *Arn. Herm. Lud. Heeren* memoria Heynii. *G. G. Anz.* p. 1833.

Eodem: *Io. Frid. Blumenbach* memoria Richteri. *G. G. Anz.* l. c.

M. Nouembri: *Frid. Benj. Osander* noua methodus instituendi viuente foemina ventris grauidi incisionem, ab ipso inuenta ac bis peracta, adiectis huc facientibus obseruationibus. *G. G. Anz.* p. 1961.

Eodem mense: *Io. Tob. Mayer* super polaritate luminis. *G. G. Anz.* p. 1977.

A. MDCCCXIII.

M. Martio: *Car. Frid. Gauss* theoria attractionis corporum sphaeroidicorum ellipticorum homogeneorum methodo noua tractata. *G. G. Anz.* 1813. p. 545.

Eodem mense: *Io. Frid. Lud. Hausmann* de relatione inter corporum anorganicorum indoles chemicas atque externas. *G. G. Anz.* p. 705.

M. Aprile: *Io. Godofr. Eichhorn* de gemmis scalptis Hebraeorum. *G. G. Anz.* p. 985.

M. Iunio: *Fr. Bouterwek* de iustitia fabulosa. *G. G. Anz.* p. 1169.

M. Julio: *Frid. Stromeyer* de Arragonite eiusque differentia a spatho calcareo rhomboidalchemica. *G. G. Anz.* p. 1569.

M. Septembri: *Henr. Adolph. Schrader* monographiae generis Verbasci S. I. *G. G. Anz.* p. 1769.

Verum praeter ipsas has recitationes plures sodalium nostrorum alia quoque obseruata societati obtulerunt quorum notitiae recensibus litterariis insertae leguntur.

*Osiander* de foetibus hemicephalis. *G. G. Anz.* 1812. p. 1377.

*Stromeyer* et *Hausmann* de strontianite sulphurato montis Süntel prope Münster, Hannoveram inter et Hamelam. *G. G. Anz.* 1811. p. 1873.

Iidem super aërolithe prope Erxleben, Helmstadium inter et Magdeburgum, de coelo lapso. *G. G. Anz.* 1812. p. 777. 1313.

*Stromeyer* analysin lapidis calcareo-magnesialis montis Meisner ib. p. 17.

Idem analysin minerae plumbi vitreae Cellerfeldensis ib. p. 2033.

*Hausmann* de eodem fossili obseruationes ib. p. 2035.

Idem de Strontianite sulphurato Dehrshelfi haud procul Einbecka nuper reperto. ib. p. 113.

*Gauss* obseruationes astronomicas. *G. G. Anz.* 1811. p. 2001. tum vero 1812. p. 147. 369. 653. 1257.

Idem

Idem de biga nouorum instrumentorum astronomicorum; orbe scil. et theodolithe repetitorii ex officina Reichenbachii, cum primis obseruationum eorum ope factarum. *G. G. Anz.* 1813. p. 745.

Idem notitiam praeeliminarem super Bern. de Lindenau investigatione noua orbitae a Mercurio circa solem descriptae. *ib.* p. 1065.

Idem obseruationes cometae secundi quem viuimus anni, in obseruatorio Gottingensi factas, adiectis nonnullis adnotationibus circa calculum orbitalium parabolicarum (quae ipsi huic volumini insertae leguntur).

Porro quoque eorum grata mentio facienda quae, tum ab amicis et familiaribus quam ab aliis doctis viris sodalitio nostro fauentibus, iisdem annis Societati oblata sunt, siue commentationes ineditae, siue rariora ad supellectilem historiae naturalis, et antiquariam aut litterariam pertinentia.

A. MDCCCXI.

*Schmidt*, Prof. Giessens. nupera experimenta super elasticitate vaporum aquae et spiritus vini. *G. G. Anz.* 1811. p. 897.

*Morgenstern*, Prof. Dorpatens. ectypa aliquot gemmarum scalptarum. *ib.* p. 1057.

*Hoffmann*, Neuidensis architectae militari praefectus, disquisitionem loci quo Iulius Caesar, Germaniam inuasurus, Rhenum transiit. *ib.* p. 1129.

*De la Tour*, Canonicus Hildesiensis de Chalcedonio reniformi in strato calcareo prope Hildesiam. *ib.* p. 1137.

*Marcel de Serres*, Inspector artium, de salifodinis et fontibus aquae falsae Salisburgensis etc. *ib.* p. 1138.

*Baro de Sorsum*, numismata antiqua Graeca et Romana. *ib.* p. 2049.

*Bethe*, Pastor eccles. Clausthaliens. de Wittekindi monachi Corbeiensis vita et annalibus. *ib.* p. 1977.

*Boeckmann*, Prof. Carlsruhens. notitiam et specimina antiquatum Romanarum prope Rheinzabern detectarum. *ib.* p. 2057.

## A. MDCCCXII.

*Baro de Sorsum*, apographum inscriptionis memorabilis Tunetanae.

*G. G. Anz.* 1812. p. 441.

*Baro de Strombeck*, epistolas chirographas Herm. Conringii, aliorumque summorum virorum ad eundem. *ib.* p. 445.

*Iul. de Klaproth*, numismatum rariorū Asiaticorum binos missus. *ib.* p. 321. et a. 1813. p. 153.

Serenissimus Princeps *Maximilianus Neouidensis* et, quem modo laudauimus, *Hofmannus*, notitiam et specimina antiquitatum Romanarum prope Haddersdorf effossarum. *G. G. Anz.* 1812. p. 553.

*Io. Frid. Hug. L. B. de Dalberg*, iam vt diximus, rebus humanis eruptus, coniecturas super veteri monumento Persico Takkesensi. *ib.* p. 853.

*Kieser*, Prof. Ienens. historiam febris petechialis in vrbe et agro Nordheimensi annis 1808 et 1810 epidemice grassatae. *ib.* p. 1313.

*Idem* specimen dendrotomicum (anatomie comparée des conifères et des arbres verts). *G. G. Anz.* 1813. p. 185.

*Schaubach*, Prof. et assessor consistorii Meiningensis, de Indorum modo, loca et motus planetarum definiendi commentationem (inseratam ipsi huic Vol. II.) *G. G. Anz.* 1813. p. 345.

*Sprengel*, Prof. Halensis, in vmbelliferarum genera quaedam animaduersiones (itidem hoc volumine commentationum typis expressas). *G. G. Anz.* 1813. p. 313.

*Roloff*, M. D. Physicus prouinciae Magdeburgensis, de aërolitho Erxlebiano. *G. G. Anz.* 1812. p. 1318.

## A. MDCCCXIII.

*Münster*, episcopus Selandiae, numos aliquot rariores orientales. *G. G. Anz.* 1813. p. 154.

*Etter* mineralogiae et antiquitatum cultor Petropoli, iconem et descriptionem idoli Sinensis Kilin. *G. G. Anz.* 1813. p. 361.

*von Schreibers*, M. D. Imperatori Regi Austriaco a consiliis, et Director musei imperialis Vindobonensis, insigne specimen aërolithorum quibus Stannerae, Moraviae oppido, d. 22. Maii 1808. pluit.

Scriba

*Scriba Pastor Schwickartshusae principatus Hassiae superioris, consilia pro auertenda a brassica napo noxa insectorum, et ad prae-cauendam humi fertilis ab agris eluuiem.*

*Beyerle, M. D. Mannhemii, historiam choreae Sti. Viti ab ipso obseruatae.*

*Hosfeld, in instituto rei saltuariae quod Dreyssigackerae prope Meiningam floret Praeceptor, de genuina ratione planetae Saturni eiusque anuli.*

Iam exponendum quae quaestionum a Societate in M. Nouembrem a. 1812 propositarum conditio et fortuna fuerit. Et quidem altera eaque primaria a classe mathematica constituta erat huius quidem argumenti: (v. Praefat. vol. I. p. XVI.)

*Tot nuper itineribus in longinquas terras factis, consequuti sumus notitias directionis acus magneticae per remotissima orbis terrarum loca numerosas. Desiderat ergo Societas Reg. Scient. vt ex his aucto-ribus numerus idoneus praecipuarum fide dignissimarum declinationum et inclinationum acus magneticae per dissitas maxime inuicem orbis terrarum partes enotetur et in unum congeratur, ita vt superstrui iis possit theoria, quantum fieri potest, consentanea.*

*In dilectu obseruationum non tam copia quam fides et soliditas exspectatur; preferet quoque Societas hanc alteram laudem priori, si haec forte desiderabitur.*

Exitum tamen in hac quaestione non habuit expectatio nostra; siquidem nulla oblata est Societati scriptio quae argumentum studio et industria dignissimum exquireret.

Fortunam quidem minus aduersam experta est Societas in quaestione oeconomica in eundem M. Nouembrem vulgata (Praefat. vol. I. p. XVII.)

*de remediiis noxarum e sublatis collegiis opificium oriundarum.*

Senae quidem missae erant Societati commentationes. At enim vero praeterquam quod vnius earum auctor contra omnem

omnem eiusmodi certaminis litterarii morem et legem imo vero naturam, nomen suum iam in antecessum nude professus fuerit, aliae binae non nisi post statutum totiesque in nouis nostris litterariis memoratum tempus missae sunt. Cum vero, tam in his quam in reliquis scriptis, argumentum, auctorum studio feliciter tentatum magis quam perfectum videretur, iterata vice ea quaestio primum in M. Iulium a 1813 proposita est; cumque tum aliae quaternae scriptiones societati oblatae essent, quarum tamen etiam nulla argumentum graue subtiliter satis et accurate tractasse censenda erat; denuo eandem quaestionem, ut infra memorabitur, et quidem geminato praemio in M. Iulium a. 1814 proponere visum est.

Iam ergo quaestiones sunt commemorandae in futurum tempus a Societate constitutae. Et quidem quod primarias attinet

in Nouembrem a. MDCCXIII  
proposita est a classe *historica* quaestio:

*Quum nostra aetate genus quoddam philosophandi inuulnerit, quod a quibusdam mysticum esse iudicatur, desiderat Societas mysticis in Germania historiam:*

*Doceatur igitur huius rationis; si rationem dicere fas est, a saeculo inde XIV. quae est actas Ioannis Tauleri, Argentoratensis, origines, mutationes, incrementa ad nostram aetatem, hac tamen exclusa: quae fuerit eius indoles, qui effectus ad rem litterariam Germanorum, et in primis ad uniuersitates litterarias.*

In Nouembrem a. MDCCXIV a classe litterarum antiquarum  
et artium:

*Res Vandalorum in Africa inde a Genferico ad Gilimerum saeculo V. et VI. Quae constitutio regni, et caussae modique rerum pereuntium.*

Et

Et in Nouembrem a. MDCCCXV a classe *physica* quaestio nunc primum constituta et vulgata:

*Desideratur accurata et obseruationibus solliciter institutis suffulta notatio naturae, originis, propagationis et disseminationis eorum corpusculorum fungiformium quae nominibus *Aecidii*, *Uredinis* et *Pucciniae* innotuerunt.*

*Equidem neque systematicum eorum reconsu m neque descriptionem nouarum specierum adhuc forte praeteruisarum cupit;*

*verum ut maxime de iis agatur quae ut Uredo segetum (*Ustilago*, Brand) et *U. linearis* (*Rubigo*, Rost) etc. late subinde disseminantur adeoque aliis plantarum generibus noxiae sunt, quibus et nonnullas *Aecidii* et *Puccinia* species frequentissime occurrentes adnumerare licet.*

*Praeterea autem inuestigandum*

*1. quomodo *Aecidium*, *Uredo* et *Puccinia* in plantis quae ab his ipsis infestantur, oriuntur?*

*2. num vero plantae sint sui generis parasitae, numue potius promorboſis excreſcentiis ex mutationibus humorum, in iis quae obſident vegetabilibus oriundis, habendaſint. (quo vero posito tum ad insignem analogiam attendere oportet quae ea de quibus agitur corpuscula et genuinos nonnullos fungos gasteromycos (Liceas, Trichias ſeffiles etc.) intercedit, tum ad constantem ſibi que ſemper ſimilem quam iſta fervant, figuram.)*

*porro vero quaeritur*

*3. quaenam fit maxime probabiliſ cauſa ortus eorum?*

*4. quare quaedam vegetabilia, v. c. cerealia toties rubigine et uſtilagine ſimul corripiantur, alia vero alterutro ſaltem eorum, alia denique neutri obnoxiae videantur?*

*5. num plures uſtilaginis species ſtatuere liceat?*

*6. num certis ſub circumſtantiis ſive rubigo in uſtilaginem ſive contraria ratione haec in illam mutari poſſit?*

*7. Num utriusque pestis origo aut ſaltem lata propagatio caueri poſſit?*

denique s. quanam ad hunc scopum remedia certo et explorato successu adhibere liceat?

Qui vero in eo argumento vires suas experiri voluerint simul rogantur ut ad euitandam confusionem, quae ex varia germanicorum verborum Brand et Rost significatione verenda esset, potius latinis quae diximus vocabulis technicis vtantur; utque scriptis suis quae Societati missuri sint, simul specimina eorum corpusculorum, de quibus egerint, adiungens velint.

Eine genaue, auf Beobachtungen sich gründende, Nachricht über die Natur, Entstehung, Fortpflanzung und Verbreitung derjenigen pilzartigen Gewächse, welche unter dem Namen Accidium, Uredo und Puccinia bekannt sind.

Die Königl. Societät verlangt keine systematische Aufzählung derselben, noch viel weniger die Beschreibung neuer etwa übersehener Arten;

sondern sie wünscht, dass man vorzüglich auf diejenigen Rückicht nehme, welche, wie z. B. Uredo segetum (Brand), Uredo linearis (Rost) etc., durch ihre grosse Verbreitung andern Gewächsen nachtheilig werden, so wie auf einige häufig vorkommende Accidien und Puccinien; und außerdem folgende Punkte zum Gegenstand der Untersuchung mache:

1. Wie erzeugen sich Accidium, Uredo und Puccinia bei den Gewächsen die damit befallen sind?

2. Sind sie wirklich als parasitische Pflanzen, oder nur als Erzeugnisse vorangegangener Veränderungen der Säfte der Pflanzen, und mithin als krankhafte Zustände zu betrachten? Letzteres zugegeben, darf die grosse Analogie, die zwischen ihnen und einigen Staubpilzen (Licea, Trichiae sessiles etc.) statt findet, so wie ihre stets wiederkehrende unveränderliche Form nicht übersehen werden.

3. Was ist die wahrscheinlichste Ursache ihrer Entstehung?

4. Warum werden manche Gewächse, z. B. die Getreide, so häufig und zwar mit Rost und Brand zugleich, andere nur mit Rost oder Brand, manche hingegen mit keinem von beiden befallen?

5. Lassen sich mehrere Arten von Brand annehmen?

6. Kann bey veränderten Umständen Rost in Brand, oder dieser in jenen übergehen?

7. Lässt sich die Erzeugung sowohl des Brandes als des Rostes ganz, oder wenigstens ihre zu grofse Ausbreitung verhüten?

8. Welcher Mittel kann man sich hierzu mit dem besten und sichersten Erfolg bedienen? —

Bey der Vieldeutigkeit des Wortes Brand und Rost werden diejenigen, welche diese Preisfrage bearbeiten wollen, wohl thun, sich der angenommenen lateinischen Namen zu bedienen, und von den verschiedenen Arten, deren in der Schrift Erwähnung geschehen wird, Proben beyzulegen.

\* \* \*

Secundi vero ordinis quaestiones, oeconomiae vulgò dictae ita constitutae sunt:

In Nouembrem MDCCXIII.

Welches sind die sichersten Mittel, den Rüb samen (Brassica napus silvestris und Brassica campestris) auf den Aeskern wider die schädlichen Insecten zu sichern?

Doceantur modi et rationes, usu et experientia probatae, auertendi a brassica napo silvestri et campestri in agro consito noxam infestorum insectorum.

In Iulium MDCCXIV ea, quam diximus, binis iam vicibus sed incassum proposita quaestio denuo, et quidem geminato praemio ea ratione iteratur, vt, si vna exhibeat scriptio reliquis omnibus palmam praeripiens, ea duplicato praemio, adeo xxiv Ducatis ornetur; quodsi vero binae oblatae fuerint eiusdem dignitatis et pretii cuius earum suetum praemium xii Ducatorum tribuatur.

Wie können die Nachtheile, welche nach Aufhebung der Zünfte oder Gilden entstehen, verhütet oder verminderet werden?

Dahin gehört unter andern die Anhäufung ungeschickter Meister, welche den geschickteren den Verdienst rauben, und sie verdrängen; die Belästigung der Armenkassen durch die stets wachsende Zahl verarmter Handwerker und ihrer Familien, auch durch die wandernden Gesellen; ferner der Mangel der Sittenaufficht über Meister, Gesellen und Lehrlinge, welche bisher die Gilden geführt haben.

Versteht sich, dass die hier genannten Nachtheile nur Beyspielsweise angeführt sind, und man die Prüfung derselben allgemeiner zu nehmen, und zu beachten hat, ob sie vorübergehender oder bleibender Natur sind, und ob deren Hinwegräumung durch gewisse Mittel nicht andere und grössere Nachtheile herbeiführen könnte.

Besonders aber empfiehlt die Societät, dass man bey der Angabe dieser Mittel auf das, was eine längere Erfahrung in England und Holland, eine kürzere in Frankreich, gelehrt hat, Rücksicht nehme; und dass die verschiedenen Arten der Gewerbe, und das verschiedene Local wo sie getrieben werden (grosse, kleine, mittlere Orte, Städte oder plattes Land etc.) bey der Beantwortung nicht aus der Acht gelassen werden mögen.

*Ex sublatis collegiis opificum oriundae noxae quibus consiliis et modis possunt aut auerti aut minui?*

In Nouembrem MDCCXIV quaestio euulgata est \*):

Da die geringen Linnen, welche aus Niedersachsen auswärts hauptsächlich nur in den Handel kommen, schon seit vielen Jahren in einem so niedrigen Preise gestanden haben, so wünscht man eine, so viel möglich, auf Erfahrung gegründete Untersuchung, was der Producent der ersten Materie, der Verarbeiter jeder Art, und der Kaufmann daran wirklich verdient haben, um darnach beurtheilen zu können, ob dieser Zweig der National-Production mit wahrem Vortheil für die Nation

\*) G. G. Anz. 1811. p. 1868. 1812. p. 1246. 2006. et 1813. p. 1269.

Nation verbunden, oder nur ein Mittel geworden ist, eine gewisse Summe Geldes aus dem Auslande zu ziehen.

Dieser Untersuchung bittet man die Betrachtung hinzu zu fügen, was in dem Falle, da der auswärts gehende Linnenhandel aufhören müfste, die daraus entstehende Verminderung des Flachsbaues und der Flachsarbeit aller Art für den Ackerbau und die ländliche Industrie für Folgen haben würde, und wie diese Lücken am zweckmässigsten wieder auszufüllen wären.

*de linteorum crassiorum Saxoniae inferioris circumscripto per exportationem interclusam mercatu, malique huius remediis.*

Denique in Iulium MDCCXV: \*)

Welches sind in gebirgigen Gegenden die zweckmässigsten Vorrichtungen, das Abfliessen der Aecker bey Regengüssen zu verhüten, ohne in den Grabenbetten, bey starkem Falle der Graben, das Ausreissen des Bodens zu sehr zu befördern?

*Cum montosis in regionibus largi imbre fertilem agrorum humum abluant, vulgari vero aduersus eam calamitatem remedio, fossarum nempe declivium, ipsi harum aluei aquis destruantur, alii desiderantur modi quibus ista agrorum detimenta praecaueri possint.*

\* \* \*

Primariae cuiuis quaestioni propositum est praemium quinquaginta aureorum ducatorum: missae vero sunt commentationes ante Cal. Octobris.

Ex quaestionibus oeconomici argumenti iteratae isti de consiliis et modis ad auertendas aut minuendas noxas quae

ex

\*) G. G. Anz. 1812. p. 1247. 2006. et 1813. p. 1270.

ex sublatis collegiis opificum oriri possent, geminatum  
praemium xxiv ducatorum, ea ratione quam supra iam me-  
morauiimus edictum est, reliquis simplex xii istiusmodi  
aureorum. Mittantur autem scriptiones ante lunii et Octo-  
bris Calendas.

Scripsit M. Septembri MDCCXIII

*Io. Frid. Blumenbach.*

I N D E X  
COMMENTATIONVM RECENTIORVM  
VOLVMINIS SECUNDI.

Praefatio *Io. Frid. Blumenbachii* — — p. III-XXII.

*Commentationes classis physicae.*

- Io. Frid. Blumenbach* de anomalis et vitiolis quibusdam nisus formatiui aberrationibus — — — p. 3-20  
*Frid. Benj. Osiander* noua methodus instituendi viuente foemina ventris grauidi incisionem, ab ipso inuenta et bis peracta, adiectis obseruationibus huc facientibus — — — 1-24  
*Io. Frid. Lud. Hausmann* de relatione inter corporum naturalium anorganicorum indoles chemicas atque externas 1-47  
*Frid. Stromeyer* de Arrogonite eiusque differentia a spatho calcareo rhomboidalii chemica — — — 1-36 |  
*Henr. Adolph. Schrader* monographiae generis verbasci S. I. 1-36  
*C. Sprengel* in umbelliferarum genera quaedam animaduersiones. 1-8

\* \* \*

Memoria *Aug. Gottl. Richter* auctore *Io. Frid. Blumenbach* 1-14

*Commentationes classis mathematicae.*

- C. Frid. Gauß* disquisitiones generales circa seriem infinitam etc. p. 1-46  
*Io. Tob. Mayer* de polaritate luminis — — — 1-43  
*C. Frid. Gauß* theoria attractionis corporum sphaeroidicorum ellipticorum homogeneorum methodo noua tractata 1-24  
 — obseruationes cometæ secundi a. 1813 in obseruatorio Gottingensi factæ, adiectis nonnullis adnotationibus circa calculum orbitarum parabolicarum — — — 1-11  
*Io. Conr. Schaubach* de Indorum modo, loca et motus planetarum definiendi — — — — 1-28

*Commentationes classis historicae.*

- Tho. Chr. Tychsen* de numis veterum Persarum Comment. tercia, qua regum Sasanidarum numi secundum egypta Mionneti, et argenteos aureumque Gothanos et Gottingenses illustrantur 1-24

*G. Sartorii de occupatione et diuisione agrorum Romanorum per barbaros Germanicae stirpis inde a Saec. V<sup>o</sup> p. C. n. facta, Comment. prima* — — — — — p. 1-32

*Commentationes classis litterarum antiquarum  
et artium.*

<i>Chr. Gottl. Heyne</i> vrbis Alexandriae et Aegypti res et vicissitudines sub imperatoribus Romanis ad tempora sua reuocatae	3-19
<i>Io Godofr. Eichhorn</i> de Iudaeorum re scenica	1-22
<i>Frid. Bouterwek</i> de primis philosophorum Graecorum decretis physicis	1-20
<i>Io Godofr. Eichhorn</i> de gemmis scalptis Hebraeorum	1-31
<i>Frid. Bouterwek</i> de iustitia fabulosa, ad rationem tragoediarum Graecarum philosophicam atque politicam pertinente	1-30

\* \* \*

Memoria *Chr. Gottl. Heyne* auctore *Arn. Herm. Lüd. Heeren* 1-22

*Tabulae aeri incise in hoc volumine hæ sunt:*

*Ad commentationes physicas.*

<i>Io. Frid. Blumenbach</i>	— — — —	Tab. I. II.
<i>Henr. Adolph. Schrader</i>	— — — —	— 1-V.
<i>C. Sprengel</i>	— — — —	Tab. I.

*Ad commentationes mathematicas.*

<i>Io. Tob. Mayer</i>	— — — —	Tab. I.
-----------------------	---------	---------

*Ad commentationes historicas.*

<i>Th. Chr. Tychsen</i>	— — — —	Tab. I. II.
-------------------------	---------	-------------

ERRATA.

In disquis. gener. circa seriem insin. auct. Gausi  
Pag. 58, l. 6 a calce proquit l. qui.

Pag. 41, l. 2 atque l. 5 pro  $k(1-z)^{\frac{1}{k}}$  l.  $k(1-z^{\frac{1}{k}})$   
In theoria attractionis etc. auct. Gausi

Pag. 11, l. 6 atque l. 2 a calce, nec non pag. 12, l. 1, 8, 9, 17 pro MX l. QX.

Pag. 12, l. 14 atque l. 18 pro MY l. QY atque pro MZ l. QZ.


Ibid. l. 4 a calce post distantiae infere reciproce.

Pag. 14, l. 16 pro sin MY l. cos MY

Ibid. l. 17 pro sin MZ l. cos MZ.

Pag. 19, l. 10 pro comparatas l. comparatarum.

© SUB GÖTTINGEN / GDZ | 2011



**QPCARD 2011**

